

visimè 3. Tom. Criticor. Durant Casel. lib. 1. Variar. cap. 11. Cuncta missa facio, quippe nullatenus nostro deservunt illicito.

12. Scrutinium propriè est curiositas studiosa & avida cognoscendi occulta. Genes.

Quid scrutinium?

Petron.

31. 34. Scrutanti omne tentorium. Pro scypho Iosephi dispensator, Saccos scrutatus: ibid. 44. 12. Iudith. 8. 33. Vos nolo ut scrutemini altum meum. 3. Reg. 20. 6. Scrutabuntur domum tuam. Idem, 1. Paralip. 19. 3. Eccl. 4. 1. 27. & Abd. v. 6. In eadem acceptione apud Ethnicos. Petron. sæpe in Satyric. utitur verbo: pag. 18. Scrutari paleam ceperunt: pag. 38. Ut scrutanium eluderet manus: at serous publicis arundine omnia etiana foramina parietum scrutatur. Denique pag. 45. Quis prohibet navigium scrutari? Iuvenal. Satyr. 5. v. 95. Retibus assiduis scrutante macello, dum gula sèvit. Et Lucrèt. lib. 3. v. 989. Magno scrutentur pectore. Erant olim Philosophi Scrutatores, dicti Scopri ex schola Pyrrhonis, de quibus Gellius, lib. 11. cap. 5. Quos Pyrrhonius Philosophos vocamus, hi se pici Græcè, quasi Questitores, & consideratores. Nihil enim docerunt, nihil constituunt: sed in quærendo quæ considerando sunt, quidnam sit omnium verum, de quo decerni, constituique posse. Illorum amentiam signavimus, Tautolog. 2. D. 5. n. 2. Hi sanè obijciuntur in malignitatis speculo, tamquam deficientes scrutantes scrutino. Sic dicebantur satellites, qui ingredientiés ad Principes explorabant Scrutatores; quæis utebantur timidi consiliatrice tyrannide, ut observet Bulenger. lib. 2. de Imperator. Rom. cap. 22. Herodian. lib. 3. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 24. hieque Tiraquell. Sueton. in Claudio, cap. 35. Nihil æquè tam timidus ac diffidens fuit. Primitis imperij diebus quamquam iactator civilitatis, neque convivia inire ausus est, nisi ut spicalatores cum lanceis circumstarent, militesque vice ministrorum fungerentur: neque agrum quemquam visitavit, nisi explorato prius cubiculo, cultrisque & stragulis pertentatis & excussis: reliquo autem tempore salutarioribus scrutatores semper apposuit, & quidem omnibus, & acerbissimos. Etiam cum fecerim, inquit idem in August. cap. 69. Quam quidem coæsuetudinem amandavit Vespasianus, ut idem dicit in eo, cap. 12. Marc. Antonius, & Alexander Severus, ut referunt in eis Iul. Capitolin. & Ail. Lamperid. etiam fuit usus scrutandi transiugis, quem ni omisit Romanis minimè tantam cladem ad Thrasimenum lacum sub Annibale subijissent; ut observant Plutarch. in Annibal. & Sil. Ital. 5. de Bell. Punic. Videtur usus sumptus à Græcis, ut videri est apud Iustin. Histor. lib. 38.

Philosophi Pyrrhonij & Scopri

Aul. Gell.

Qui scrutatores & quæriti

Sueton.

13. Hæc curiosa voluntas scrutatione, si vè diligenti vigili studio, exercetur ab hominibus in rebus parvi momenti, nullius momenti, & magni momenti. Parvi, erga res fuiles ac vanas: nullius, erga superstitiosas: magni, erga divinas. De primis apud Senec. Epist. 1. dicit, otiosus esse in negotio: Operose nihil agunt: de Brevit. Vitæ, cap. 13. & Eccl. 3. 24. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus non eris curiosus. De Callicrate ait Solin. cap. 6. Formicæ ex eborè ita sculptæ, ut portio earum à cæteris fecerim nequiverit. De illo & Myrmeocida addit Aelian. 1. Var. histor. cap. 17. Quadrigas fecerunt, quæ sub musca possent abscondi, & in sesamo distichon elegium litteris aureis inscripserunt: quorum sanè neutrum, meæ sententiæ, homo prudens & virtutum studiosus predicabit. Quid enim hæc aliud, quam temporis vana perditio? Adrian. Iun. lib. 1. cap. 7. allerit, se vidisse artificem qui in cæcis nucleo inclusit quindecim paria tellerarum, suis punctis affabre distincta. Cæc. Rhodigin. 17. cap. 31. refert (fides penes illum) quemdam fuisse tempore Alexandri Magni, qui ciceris grana per longius missa intervallum, citra frustrationem in acum infereret: quod contemplantus Alexander, ut qui esset ingentis ac generosi spiritus Rex, hominis vanitatem irrisam leguminis eiusdem modio censuit donandam. Addit Iul. Cæsar. Scaliger, Exercit. tat. 376. ad Cardan. pulicem aureola catenula collo vincitum, atque in delicijs habitum. Idem Henric. Salmuth. in Pantivoll. p. 2. titul. 10. Plura alia præmissi, Tom. 6. Tautolog. 8. n. 29. De insigni stultitiâ; Tom. 5. T. 8. n. 19. De futuli vana, nugivendula, fictitiâ scientiâ; ibid. Tautolog. 9. à n. 19. & Tom. 3. T. 3. D. 3. n. 8. Hi sunt conquisitores sculsi, ut ait Doct. Genium 1. Cor. 1. 20. semper discentes, & abdita scrutantes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes: quia incumbunt inutilibus, observantes vanitates supervacuæ. Consule Chrysolom. Orat. 19. in Epist. ad Ephes. Augustin. Tract. 45. in Joann. Senec. Epist. 48. igitur tot otiosè dilectus, sedent tantum in concilio vanitatis. Manil. lib. 5. Astron. v. 119.

Res futiles non laudantur

Vana scilicet

Manil.

—In nullo sunt otia fractu, sed populum turbam petunt, verumque tumultus;

Alijs

14. Alijs vè nocendo urget curiositas in vanitates & infanias falsas, more Ægyptiorum Mystrarum, qui sub titulo arcanæ doctrinæ figuris monstriosis, anam præbuerunt idololatricæ, aridentes nonnumquam Hebræorum genio, quo, quia extollebatur plantu, Iosephus deliravit studio: igitur figurat Cherubim callens uti sacerdos, de illis 3. Anriq. cap. 6. dicere est ausus: Operculo Arca impositæ erant effigies due, quas Hebræi Cherubim appellant: ea sunt animantia volueris voca specie, nec unquam cuiquam hominum visa, quæ Moyses in Dei folio viderat figurata. Impostor insignis datus mulcimine Ethnicæ vanitatis. Ex umbris ac figuris quibus loquebantur Prophætæ, concinnabantur ab Ethnicis suorum Numinum ad simulacra figuræ, unde 1. Machab. 3. 48. dicitur: Expanderunt libros legis: de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulacrorum suorum. Vide Tautolog. 9. à n. 10. Gentiles surripiebant ab Hebræis sacra, dum hi ab illis emulabantur gentilia: Ecce omnis similitudo reptilium (& animalium abominatio, & universa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu peritorium: Ezech. 8. 10. & pessimus Achaz, in cuius imperio extremum divini cultus; videns altare Deorum Syriæ, misit ad Urtam sacerdotem exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus eius. 4. Reg. 16. 10. Intritus studiosus Ethnicorum (quæ de causa feratario dicitur) duplex fuit: tum ut sacrorum maiestas torqueretur in fabulas: cum ut illud ab illis ex sacris Bibljs confictum commentum, cederet commentatiis in simulacrorum cultum, accipientes oracula & fortes, quomodò fiebant ex Sibyllinis libris, quamquam fictitijs; de quo passim Tit. Livius, in quibus sub Sibyllarum titulo, furtivè inveniebantur cogitationes pro voto. Quare cum deciperent fraude, credentes folium recitari Sibyllæ; Augustus (ut in eo ait Sueton. cap. 31.) quicquid fatidico-rum librorum Græci Latinique generis, nullis vel parvis idantibus auctoribus vulgò ferebatur: supra duo millia, contracta undique, cremavit. Adi Tom. 6. Tautolog. 5. num. 43.

Iosephi

Superstitio sa.

1. Mach. 3. 48.

Sueton.

15. Quæ, ut cogitata per scrutationem crederentur, est cognita inania; non sunt cogitata ebolia: Circa id prope tempus, quo Emmanuel Rex Portagallicæ (inquire Pet. Bertius Beverus in Descript. America, fol. 621. & Christophor. Bæold. Increment. Imperior. cap. 4.) Orientalem Indiam subegit; Ulyssipone florebat Hermicus Cæsius. Is carminibus latinis commentus est Sibyllinam vaticinationem, columnis marmoreis incisam, quæ per ambages signabat sub imperium & ditionem Lusitanorum Indos aliquando perventuros. Lapidis eos datâ operâ detrucenti (ut aliqua essent vestigia antiquitatis) in promontorio quodam prope oppidum Syntarum obrui præcepit. Ubi vè marmora defossa vitium aliquod fecisse humore terre iudicavit; ad certam diem invitac amicos in villam suam, quæ loco proxima fuit, ubi vaticinium occultum erat. Cum igitur accubissent omnes, ecce Hermico nunciatur, in fundo fossionibus incumbentes in lapides incidisse, quibus literæ inscriptæ essent, indices magni thesauri: sic enim vultici opinabantur. Nec mora, simul omnes, ingenti alacritate, relictiis epulit accurrunt, columnas defossas inveniunt, confestimque extrahi iubent. Legebantur postea hæc carmina Sibyllina:

Astruitur la-dica phantasia per en-bolia.

Volventur saxa litteris, & ordine veltis
Cum videas Occidens ::: Orientis opes.
Ganges, Indus Tagus erit, mirabile visus
Merces commutabit suas uterque tibi.

Tum vè omnes pro se quisque versus illos fatidicos admirari, eosdemque curari describendos, perferre Ulyssiponem, totique porro ostentare mundo. Hermicus non fuit scrutator, sed impostor. Invenit in cerebro, quod dicebat sub Orco: prudentiamque excitavit risus, quia evanuit color, & apparuit fucus. Non fecus antiqua Ethnicorum Oracula per idola, & Poetarum signata. Totus ergo furor divinationis de præteritis. Diximus Tom. 5. T. 7. à n. 32.

Unde & quomodo Ethnicorum vaticinatio

16. Ridelicæ scrutationes videntur in Cabalisticis, qui fatui & insaturores (ingenites quinquaginta portas intelligentiæ, & ad scientiam tringinta & duas semitas) in nulla ponunt greffus suos, neque ingrediuntur per portas hæc cerebro quallato, sed scrutino promunt cogitationes sine intellectu. Exod. 23. 23. Præcedet te (Hebr. Melacho) Angelus meus, inquirunt: Quis est iste Angelus? Respondent Michael per metathesim. Melachi & Michael anagrammaticè eiusdem litteris constant. Felix scrutinium! Eisdem etiâ elementis constituuntur ac Michael; Chamel, Chamael, Machiel, Ichamael, & Imachel: quæ profectò nomina significant Angelum ignis, plagarum, exterminij, vastationum Tom. VII. Taut. Kkk &

Ludicræ scrutationes Cabalistarum. Metatbesi.

& doloris. illustis combinatio ! Transic Cabala hinc etiam in Arithmeticeam. Queritur, quid sit Sufan, idest, Liliun in libro Esther: Respondent, idem quod Esther: igitur utraque vox continet numerum 661. Papæ! Quis est servus Abraham Eliezer, idest, Dominus meus adiutor? Ipse, responderetur, Abraham: utrumque enim nomen habet numerum 318. Hinc ne 318. vernaculæ domus eius: Faciant nugamenta: proculceur in sterquilinio huius sapientiæ ludicra sal infatuatum, sal insulsum. Ab aliis frivolis huiusce furfuris superfedeo, videndis, si ingrata placent, apud Morinum, Exercitat. in Pentateuch. Samaritan. Paul. Ricciun, de division. Cabal. Alexandr. Farram, de Philosoph. Symbol. Maximilian. Sandæum, de Cabal. Galatin. de Arcan. lib. 1. Kircher. Gymnas. Hieroglyph. Class. 2. cap. 2. & Class. 4. cap. 1. Plura diximus Tom. præced. T. 1. à n. 17. De numeris mysticis, ad Ambros. 1. de Abrab. cap. 3. Rupert. in Genes. lib. 5. cap. 15. Malucnd. fusc lib. 9. de Anti-Christ. cap. 23. Alapid. in Genes. 14. 14. & in Apoc. 13. 17. cum Alcazar & Viegas. Denique Engubin. 2. de Perenni philosoph. in illud Sibyllæ de Iesu: Erunt nomen eius octo monades, octo decades & octo hecatondades: hoc est, 888.

17 Rabbini huiusmodi ineptiarum laete nutriti, abominabiles facti sunt in studijs suis: unde ut diximus, Tom. 4. T. 3. n. 23. gloriabundas R. Moyses, seu Ramban in Genes. exordio, inquit: Quicquid contentum est in divina lege Hebræorum vel sensu allegorico vel literali, per divisiones vel Arithmeticas supputationes, vel Geometricas litterarum figuras, sive transcriptas seu transmutatas, vel harmonicas consonantias, qua ex formis characterum, conjunctionibus, separationibus, tortuositate, directione, defectu superabundantia, minoritate, maioritate, coronatione, clausura, aperitura & ordine litterarum resultant. Huius vestigijs hærens alter Moyses Gerundenis subdit: Omnia hæc cognovit per legem, & omnia invenit in ea per expositiones, per grammaticas subtilitates, & per litteras eius, & calamistrations eius. Ain mi homo! Eges esseboro. Hæ sunt Deuterofes, idest, Traditiones, in quibus Iudæi universam scientiam ponunt: ait Hieronym. Epist. 143. ubi Henricus Gravius subdit: Hebræi habebant deuterofes multas: quas tanti faciebant, ut earum causa divina interdum præcepta frangerent; sicut latè hunc errorem illis Christus ante oculos ponit. Hinc Petrus 1. Epist. 1. 18. vocat vanam conversationem patenæ traditionis: quarum æmulator Paulus, postquam frugi redijt, inquit: Fabulas Iudaicas, & inanem fallaciam secundum doctrinam hominum, secundum elementa mundi, non secundum Christum. Coloss. 2. 8. 1. Tim. 1. 4. & 4. 7. Videbis apud Kircher. totam Hebræorum Cabalam, & cuius nugis compacta Saracenicæ, abominationibus scatens.

18 Audiamus seu hauriamus salutem ex inimicis nostris. R. Hecados, de Dei nomine 42. litter. idest, de nomine Iehova resolutio per numeros, ita loquitur: Quoniam verò nihil in Deo quod non sit Deus, ex nomine duodecim litterarum emanat nomen quadraginta duo litterarum, quod est Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus, trinus in uno, & unus in trino, qua in Hebræo 42. litteræ. Notare autem debes hæc nomina esse ex divinis arcanis, que à quocumque occultari debent, quousque veniat Messias iustus noster: illa tibi patefecit, tu vero ea occulta fortiter. Leonard. Mar. in Exod. 15. Digress. de Nominib. Dei, cap. 12. num. 112. & Kircher. d. Claf. 4. cap. 4. ubi loque scrutinium litterarum in dictiones septem ad nominis formationem. Talmudici suppositum arbitrantur Hecados testimonium. Suffragor: elegisset prius uri, quam Trinitatem fateri. Nos credimus, sed minimè huiusmodi erutam veritatem per Cabalam, aut ullam litterarum combinationem: commodius illis, præbere fidem: at durissimæ sunt cervicis, incumbuntque dumtaxat ineptijs. Taxavi ex Genebrardo Tom. 6. T. 8. à n. 26. Hi in Scriptura non scrutantur arcana, sed scrutationes scrutantes paleam, ut diximus n. 12. officiosi sine fructu, & fallidiosi ex inutili obsequio. Apposuit Ennius in Iphigenia apud Aul. Gell. lib. 19. cap. 10.

R. Moyf. Maim.
Deltia Rabbinorum.
Gerundenf
Hieronym Traditioes. Grav.

R. Hecados.

S. Trinitas & una Deitas à Rabbi posthæ.

Ennius

Orio qui nescit uti, plus negotij habet, Quam cum negotiorum in negotio: Nam cui quod agat institutum est, nullo negotio Id agit: studet ibi, mentem atque animum delectat sum. Oriso initio animus nescit quid velit: Imus huc, hinc illuc: cum illuc ventum est, ire illuc lubet. Incertè errat animus, præterpropter vltia vivitur.

Nihil nugipolyloquides, ut magna, ac mirabilia viderentur cæsi, ingræctum reliqueret; quasi

quasi invenissent semitas circumventionis in quinquaginta portas impostura, maxime postquam dispersi: igitur fraudum, callidi artifices, vivebant veteratores. Romæ data est illis silva, sive æcus sacri frontis, & ibi sub arbore in aures seminarum, arcoli voto-rum, instillabant superstitioso murmure, quæ divinabant appetere. Juvenal. Satyr. 3. à v. 13. & 6. à v. 543. accinit:

Nave sacri fontis nemus, & delubra locantur Iudæis: quorum cophinus formæque supellex. Omnis enim populo mercedem solvere iussa est Arbor; & cæcis mandicat silva Camenis. Cùm dedit ille locum, cophino formæque relicto Arcana Iudæa tremens mandicat in aurem. Interpres legem Solymarum & magna sacerdos Arboris, ac summi fida interruentia cæli: Amplet & illa manum, sed parcius are minuto. Quallacumque voles Iudæi somnia, vendunt.

Elucet vel ex Ethnico Hebræorum exercitijs, & illorum scrutinijs decurata embolia; pæc transennam tacta, Tom. 5. T. 10. n. 53.

19 In rebus magni momenti scrutinijs debet esse curiositas, quæ uti diligens exprimitur tautologicè, repetitione sententiæ, ac animi aviditate. De qua salutè scrutati sunt Prophecia, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi. Hinc sapè Psalm. 118. Scrutari legem, præcepta Dei & mandata: idest, per apices discutere; ne mens apice removeatur à lege. Hocine pro diligentia intuitu, dixit Aler-tor N. peritis legis: Scrutamini scripturas. Ioann. 39. hoc est, diligenter quaerite, disquirite & exploreate. Ad Scripturam non simulicem & nudam lectionem, sed ad investigationem perquam diligentem relegavit. Non enim dixit: Legite Scripturas, sed Scrutamini: divina enim summa intelligent diligentia: in umbra enim Maioribus illis non abs re locutas est. Acirco effudere profundius tubet, ut que altè delitescunt, invenire possimus: non enim rem in superficie, & in promptu positam effodimus; sed qua tanquam thesaurus profunde reconditur. Sic exponit hic Chrysolom. Homil. 11. Ita enim qui querit invenit, & pulsanti aperietur, eo modo quo Theilanonica, susceperunt verbum, cum omni aviditate quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent: Act. 17. 11. Necesse est, quodd nucem frangat, qui nucleum aver in escam. Omisionem huiusmodi sollicitudinis in rebus momenti, ita taxat Homerus, 23. Odys. v. 99.

Neque fedens verbis interrogas, neque scrutaris.

Nonnumquam gens Hebræa cum corde lapideo gerebat viscera putrida: & quem per signa debebat querere & credere, interficere curabat, quia multa signa faciebat. Vaticinatus est Moyses, Deuter. 28. 66. Eris vita tua quasi pendens ante te, & non credes vite tue. Propterea illis dicit Christus: Scrutamini Scripturas, quia (pro Eò quod) vos putatis in ipsis vitam æternam habere; & ille sunt qua testimonium perhibent de me Nervosè Chrysolom. d. Non inquit, Habetis, sed Putatis habere; ut demonstraret, nihil eos solà lectione proficere. Non immeritò inquit, Putatis; quoniam ipsi credere nolebant, sed in sola lectione gloriabantur.

20 Nullus nervosius textum exponit, uti Paul. Burgensis. Cognitio Dei per sacræ Scripturæ scrutinium habetur: Beati qui scrutantur testimonija eius, in toto sorde exquirunt eum: Psalm. 118. 2. Mytheria ibi latentia non sunt querenda solum superficialiter & perfunctoriè; sed diligenter & per modum scrutantis. Non solum ex Scripturis sacræ Canonis, scilicet veteris testamenti sunt accipienda testimonija Christi; sed etiam ab alijs scripturis apud ipsos Hebræos autenticis: & ideo dicit, In quibus putatis vitam habere: q. d. Non solum scrutemini Scripturas, in quibus verè vitam æternam habetis, qua in sacro Canone veteris testamenti contingunt; sed etiam illas, in quibus putatis vitam æternam habere: scilicet quæ apud vos sunt autentice, licet in se auctoritatem non habeant. Deinde in Scripturæ scrutinio non est querendus sensus mysticus, sed solum literalis, à quo iuxta Augustin. de Doctrin. Christian. efficax sumitur argumentum: & ideo Christus subdit: Ille sunt, que testimonijus perhibent de me. Testimonium enim probationem dicit manifestam, quæ ex solo sensu literali habetur. Licet sensus literalis ex significatis primariò per voces accipiatur, ad quem videbatur sufficere Legite; indiget scrutinio, ad litteræ intellectum percipiendum; quia sunt dictiones æquivocæ, requirunt scrutinium rationis, ut constet quo sensu accipienda diversa: sunt enim ibi multa

Hebræi manducantur imbrolores sub iudicis mysterijs.

Juvenal.

Exposit. 22

1. Petr. 1. à 10.

Chrysol.

Homeri

Quia pro Eò quod

Quæ requiritur in Scriptura scrutinijs

proprie, multa metaphoricè tradita. Sunt etiam in sacro textu antilogia: oportet enim recurrere ad rationis indaginem, ut quæ videntur opposita, scrutinio veritatis conciliantur. At Pharisæi scrutantes, cum Christum scrutatio toto corde non requirerent, pravo genio & ingenio; defecerunt scrutantes scrutinio: siquidem scrutabantur scripturas handquaquam ut veritatem invenirent, sed ut expellerent. Hæc voluptè decepti ex *Scrutin.* illius, 1. p. dist. 1. cap. 1. Nos ergo scrutamur Scripturas, ut contra illos dilucidetur veritas, & capiantur vulpes demolientes vineas.

21 In Scripturarum scrutinio haud scrutandum quod non decet, neque debet scrutari, uti utebantur Hebræi in suis nugacibus combinationibus: quas quidem Paulus vocat *Stultas quaestiones, contentiones, & pugnas legis*, inutiles, atque plenas vanitatis: *Tir. 3. 9. Hac igitur ratione in alias nugas inciendemus* (inquit Chrysof. *Orat. 19. in Epist. ad Ephes.*) *Quid, cur hæc sit femina, & non omnes viri, cur asinus, cur bos, cur canis, cur lupus, cur lapis, cur ligna? Et ad insipientiam prohibentem decidit ratio. Deus constituit terminos cogitationis. Novit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Non est tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt videre.* Hinc probè quidam, ut ait Plutarch. de *Curiost.* quid velo operum portans, inquirenti quid portaret, respondit: *Ne sciat, operitur.* Dionys. Cato lib. 2.

Chrysof.

Curius fluitus.

Eccli. 3. 22

Cato.

Augustin.

Iul. Firm.

Quæ sibi eredita, non scrutanda. Bernard. Euripid.

1. Cor. 3. 18.

Arnob. Cur religio scientiæ committitur

Antip.

Lactant.

Petron.

Mitte arsana Dei, columque inquirere quid sit: Quem sis mortalis, quæ sint mortalia: cura.

Si ratio quaerit (ait Augustin. *Epist. 3.*) non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur investigare non posse. Iustus Firmicus ad *Mavort. Lollian. 19. ult.* subdit: *Calari & abscondi pluribus tegumentis natura Divinitatis ab initio coeuit; ne omnibus facilis esset accessus, nève cunctis patefacta, maiestatis suæ origine panderetur.* Scrutator maiestatis opprimetur à gloria: igitur mysteria non magna, modo comprehensibilia ad humana intelligentia. Luculenter Bernard. 5. de *Consider.* cap. 8. n. 18. *Quomodo pluralitas in unitate, & hac unitate, aus ipsa in pluralitate; scrutari, remeritas est: credere pietas: nosse vita & vita eterna.* Enthusiasticè Euripides in *Electr. v. 1203.*

Nunc sanctè cogitas, tum non cogitans.

Ambulant, stulti facti, dicentes se esse sapientes, in magnis & mirabilibus super se: unde proferentes meditatam sapientiam, vomunt insipidam stultitiam vel risibilem amenitiam. Sapientia iungenda Religio, quippe religio sine sapientia superfluo est: sapientia sine religione, mera stultitia: 1. *Cor. 3. 19. Quæ nequeunt fieri, nescire nos consisteamur* (inquit Arnob. 2. *Contr. Gent.*) *neque ea conquirere aut investigare curemus, quæ comprehendere liquidissimum est non posse: quamvis mille per corda suspicio se porrigat, atque intendat humano.* Quæ supra nos, nihil ad nos. Proprie apud Baruch. 3. 23. huiusmodi scioli vocantur *Fabulatores & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ, sed vitam sapientia nescierunt.* In foveam cadunt, dum cælum scrutantes respiciunt. Antipater Sidonius lib. 2. *Epigram. Græcor.* quem imitatus Alciat. 104. succinit:

Meque das ipse neci, attentus dum sidera spello, Nescias exitij quod foret ante pedes.

Quæ abstrusa prorsus, atque abdita Deus esse voluit, scrutati sunt; ac naturam verum caelestium investigarunt (ait Lactant. de *Opific. Dei*) *quæ à nobis longè remota, neque oculis conspici, neque tangi manu, neque comprehendi sensibus possunt: & tamen de illarum omnium ratione sic disputarunt; ut ea quæ asseruerunt, probata & cognita videri voluerunt.* Hoc est, frustrari proposito, animo elato, ac deficere scrutantes scrutatio, vendentes cerebri divinationem, avidè expectantibus scrutinio veritatem. Ad unquem quadrat, quod Diogenes Cynicus dixit cuidam offentatori ingenij sublimioris, de rebus caelestibus disserenti. *Eugepa praclare vis! Maestè Numine: quam nuper de caelo venisti! Diximus, Tom. 6. T. 8. D. 2. n. 5. Hæcine solum perfectissimè novit, qui solus fecit. Proverb. 8. à 22. Job. 28. 11. Profunda serviorum scrutatus est, & abscondita in lucem produxit. Sapient. 6. 4. Cogitationes scrutabitur; quippe insi præparantur cogitationes. 1. *Paralip. 28. 9. Rom. 8. 27. 1. Cor. 2. 10. & sæpe in Psalm.**

22 Quæ uest iustus sancta studiosa curiositas, Dei scrutantibus in cultum & observantiam sententias; in pessimis est malignitas, ex prescripto consilij communis, exaggerata verborum volubilitate; ut inquit Petron, d. fol. 69. *Magnis artibus distimulatione.* Apuleius, d. lib. 4. quia pari dolore commoda aliena, at suas iniurias metiebantur:

Tacit.

Tacit. 1. *Histor. 8.* In rectum corde scrutati sunt non veritatem, sed cogitationem; vel quomodo inventent quid cogitarent in crimen, ut isiqui iniquè dicerent iniquitatem: cui studio ita immerfa cogitatio, ut deficerent scrutantes scrutatio. *Toti in inveniendo: Moure. Ad deliquium penè animi.* Genebrard. Attoniti ambulantes in circuitu amiserunt tor sensibus sensum; quia non inveniebant etiam sagaces, quo fulciretur vel quoad speciem iudicium: fingentes & pingentes hinc inde aberrantes colorem, ut saltem apparet credere iusti crimen. Hæc est *cogitatio hominis, & reliquia cogitationis;* quippe cogitationes ex cogitationibus malignis in maligna generantur, & à corde producantur. Hebr. *Furor & reliquia furoris:* etenim furor est, quicquid cogitando machinatur pravum cor. Appositè Senec. *Epist. 48. Quid enim aliud agitis* (inquit *quum eum quem interrogatis, scientes, in fraudem inducitis, quam ut formula cecidisse videatur?* Totum allegoricè de Christo exponit hic Augustinus, ac de Iudæis illi criminantibus, ac demùm interficientibus, illis technis & versutijs, queis alicui ac filij huius sæculi utantur & abutuntur; quia sapientes sunt, ut faciant malum, machinantes, & simul exaltantes necem, ne illi malè audirent propter execrandum crimen: egerit in crederet patribus dira morte truculenter extinctus; in cuius ore dolus non est inventus. Scrutari scrutinio, nil aliud est quàm deficere scrutando: equidem dum homo accedit ad cor altum, idest, scelus occultum, ut promat secretò virus; per ipsius malignitatem amplius exaltatur Deus. *Oportet contra id quod optavimus: pugnant vota cum votis & consilia cum consilij:* ait Senec. *Epist. 45.* Maligni moluntur exitia crebris pravitatis artibus, ceterùm exitus contrarius malignis cogitationibus. Christus ab illis crucifigitur, verum in cruce exaltatur. Ioseph à fratribus venditus & usque in thronum extollitur, de Hyrcano filio Iosephi sub Onia Pontifice, videtis Ioseph. 12. *Antiq. cap. 4.* De Bellerophonete, Plutarch. de *Virtut. Mulier. Homer. Iliad. 6. Horat. 3. Carm. Od. 7. Hygin. lib. 2. fab. 19. Palsephat. lib. 1. fab. 29. Apollodot. lib. 2. n. 7. & Erafm. Chilian. 2. Centur. 6. n. 82.* Patuit in Claudio: dicit Sueton. in eo. cap. 10. quod audita crède Caligulae inter pretentia foribus vela se abdidit: *latentem forte discurrere gregarium miles, animadversis pedibus, è studio sitandæ quinquam esset, agnovit; extrahuntque & pra metu ad genua sibi accidentem, Imperatorem salutavit.* Ecclæ. 4. 14. dicitur: *Quod de carcere carenisque interdum quis egrediatur ad regnum.* Senec. in *Thyest.* à v. 34.

Ex misero potens, Fluctuque regnum casus asiduò ferat.

Exempla refert Alap. loc. cit. & Eccl. 10. 28. ex Plin. lib. 35. cap. 18. Textore 2. *Officin.* cap. 24. Haud aliter accidit Principibus Sacerdotum inutilis cogitatio: *Scrutari sunt iniquitatem, sed defecerunt scrutantes scrutinio,* Euripides in *Ion.* à v. 830.

Nomen sceleris est oblitum;

Deprehensi suam culpam conferunt in Deum, Semper odi (Hei mihi!) viros improbos, Qui molentes facinora iniusta, de in machinis adornant. Deus non est mentitus, ipsi mentiti.

23 Tota historia est de Davide, postquam effloruit clarus victo gigantes; & ob cuius plausum Regem invenit infensum. Saul ergo per illum faustus & faustus (quippe sine illo corone avallat decus) omnium scelerum forma, & vita subditi immaculati insidiarum ac vexationis materia; quin aliquid fieret, quò non peccasset. Laterones ut arderent etiam à dæmone possessio, observabant gesta scrutantes scrutinio, Argolicà impolstura, Ulyssæa furellà, omnigena fallacià, caliditate summà, & iruentes in illum verbo, opere ac cogitatione, conventus malignantium, & multitudo operantium iniquitatem. Verbo, *Excaverunt ut gladium linguas suas: opere, Intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittæ:* cogitatione, *Scrutati sunt iniquitatem:* sed defecerunt in scrutinio amittentes iudicium, quin invenirent defectum. Scrutinium est cogitatio sollicita de abstrusis, & maligni scrutabantur etiam scrutationes; quippe totum studium, ut appareret iniquitas, ubi rutilabat probitas, adversus iustum meditata iniquitate, in superbia ac verborum abusione. *Factum esse scelus loquuntur, faciuntque: ut verbis utar Taciti, 3. Histor. cap. 25.* Hic modus loquendi exponitur genuine per adverbium præ se ferens voluntatis studium, atque animi intentissimum propositum. Magna sollicitudine, scilicet, ac conatu. Genebrard. *Alèrè profunde, calide.* Septuagint. *Diligenter.* Malgond. *Abut;* ut Psalm. 82. 6. *Cogitaverunt unanimiter:* sumpto ablativo pro

Expositio 2.

Pl. 75. 1. 1.

Senec.

Quid scrutari scrutatio Senec.

Impiorum appresto est iustorū exaltatio. Sueton.

Senec.

Euripid.

Expositio 3.

Tacit. Geminatio pro adverbio & superlativo.

pro conatu & voluntate, atque verbo pro actione; uti diximus suis locis, Memoria memor, Iratus iracundia, Gaudio gaudes, Oratione oravit, Plangent planctu, Trepidaverunt timore, Vita vivet, & sic alia, in quibus geminatio elucet pro superlativo significante operationem & effectum. Plaut. in Pannul. Act. 1. scen. 1. v. 30. & 4. 2. v. 4. Non lumen est luculentius: Luteus cano collitus. In Stich. 5. 2. v. 8. Donatus dono. Homer. 23. Odyss. v. 198. Terebrauit terebro.

24. Aliquando fit per duplex verbum & duplicem nomen per epitasmum, ut exageretur actio: quo intelligitur illud Petri: Scrutati sunt Propheta scrutantes. Per adverbium exponit Alap. Acurate, diligenter & sollicite: etiam per geminum verbum: Magna contentione & studio perquisiverunt & perscrutati sunt. Saepe in expressionem magnitudinis intensiois dicitur: Toto corde, tota anima, tota virtute. Homer. 18. Iliad. v. 15. Voluebat in mente & in animo: 13. Odyss. v. 342. Iram induxit in animum iratus: & 14. v. 274. Devissem mori, & mortem assequi. Aliquando usus est expressionis suppositi necessarii, in epitasmum etiam. Plaut. Trinum. Act. 4. scen. 4. v. 5. Portitari poriorum. In Prolog. Pannul. v. 63. Pollincho: pollincherat: & Act. 1. scen. 1. v. 12. Amans per amorem. Sic ergo in his cunctis acceptionibus possumus haud violenter delicate Scrutati scrutinio: etenim vijs omnibus iuxta maligni desideria cordis, ibant, Aulici in blandimen Principis pro dedecore innocentis, in cogitationum ipsarum cogitationum inventiones.

Nunc glomerare rudis, nunc rursus solvere lanas, Nunc tenuare levis filo, nunc ducere telas. Nunc genere & varias in questum vendere vestes, Quis sine non poterat ulla subsistere techna, Atque suis notis levibus pendentia verba.

Modulator est Manil. d. lib. 4. cap. 1. v. 130. & 210. Rimulas scrutabantur sed in tenebris, quos non percepti in coloribus colores. De Manlio Sura dixit Afer (ut refert Quintilian. lib. 6. Institut. Orator. cap. 4. videns illum multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam desicientem & reponentem: Non agere, sed fatagere. Haud inconcinne obumbratur, seu describitur scrutinium Aulicorum, scrutinio scrutinia devolyentium, quorum cogitationes in malum: igitur in vulnus denigrans quod cogitabant; non tantum agebant, sed fatagebant.

25. Malignitas plus patescit per Versiones. Scrutati sunt obliquitates: deficiunt sane a tramite rectitudinis, si obliqua explorant: nil mirum; in circuitu impij ambulanti. Quaelibet res duas anas habet, & ad modum recipientis pectore sedet; unde cum malitia anam cogitationibus quarat; in rectis obliqua cogitat, tribuens pravitate, quod debet innocentia. Alij: Scrutati quod scrutando scrutati sunt. Nulla respicientia, vel visa per examen immaculati causa. Cogitaverunt iniquitates in corde, & cogitata locuti, iterando scrutatum scrutinium; ut invenirent ex novo scrutinio alium in dedecus sensum: igitur nova forsam occurrit cogitatu cogitatio, in geminato scrutinijs fenel peracti scrutinio. Vividius, Nudaverunt nuditatem, quo obijciuntur amentes, allusione in praefatos scrutatores, num. 22. Percontatur a scrutatore vestitus, ne sub veste lateat gladius: Sese praeferebat furiosum, qui scrutaretur nudum: en malignitas & cordis pravitas: siquidem in colorem saltem etiminis foverunt cogitationem, etiam nudam cognoscetes ac videntes veritatem. Patet iam in praxi, quod apud Iobum iudicatur impossibile: Nudos spoliasti vestibus: apud Oleam: Nespolitem eam nudam. Meditati sunt Aulici lenocinio Principis male affecti, quod ni dementes cogitent impossibile, nuditatis cogitata spoliatioe, perferatationis examine: quandoquidem ita Iesam mentem habebant in crimen; ut iudicare vestiam puramputam nuditatem. Nodum in scripto quarunt, scrutiniumque scrutantur; ut Principi complacant, & furiosos ingenio versatili sese ostendant: igitur quasi aliquid occurrat in nudo penitus possit, nudam nuditatem pravitas cogitationis nudavit. Excoitaverunt varios nocendi modos (subdit Malucenda, apud quem praefata Versionis) absolventur consilia sua, ac in unum consulerunt quocquid ulla diligentia excogitari potuit ab animo humano: Hispanicus interpres egregie: Perfectionem la inquisitione de lo inquirido, poniendo en efecto lo que inventaron, y lo que invento el corazon inventivo. Scrutati & perferutati sunt in cogitationis scelus, an esset respectus in sermonibus illius. Unde scrutati scrutinio, est investigare consulto data opera, ut exent ad votum, ad votum excogitata, in quo praefignatur aviditas, atque sine requie viscerum pravitas. Homer. 8. Odyss.

Manil.

Quintil.

In qua scrutaio maligna

Malucend.

Iob. 12. 6. & Olce. 2. 3.

Expositio 6.

Malucend.

Odyss. v. 283. Mala animo profundè cogitant: & 15. v. 385. Interrogas, inquiris, scrutaris. Euripid. in Hippolyt. à v. 916.

In malis peccantes, artes secectat a doctis, Et omnia machinamini & excogitatis.

Demum Plaut. in Bacchid. Act. 2. scen. 2. v. 54. Hodie aliquam machinabor machinam: & in Milt. 3. v. 63. Dolium dolamus. Ita geminatione scrutinijs, notatur Davidis amulorum investigatio, inquisitio & examen exactum, atque consultum cogitarum embolium, singula expendendo, & adinstar canis indagando. Eius solertia & sagacitas praecipua est (inquit Plin. lib. 8. cap. 40.) scrutatur vestigia atque persequitur. Haud alio intuitu dixit: Circumderunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me: Psalm. 21. 17. Odoratu, imò subodoratu sollicitabant in vexamen examen, vomentes pectoris rabidi virus, ut moretetur & periret nomen eius. Verum defecerunt irrito voto, innocentiam scrutantes scrutinio: equidem inclaruit morum integritas, dum sibi mentia iniquitas; qua concinnavit dolum, non solum scrutatio scrutantes sed scrutinium, consilio impudenti phantasticæ vanitatis, quo solum cogitantur cogitationes. Hinc videtur quomodo differant Scrutati scrutinio, & scrutinium scrutari: igitur hoc dicit scrutinijs argumentum: & illud modum: elarebit plus in sequent. maxime à n. 30. Ubi cogitationes cogitantur.

26. Hæc Tautologia saepe invenitur in Scriptura; sed cum discernimè à præterita, quippe non solum supponit cogitatione cogitare, sed etiam cogitationem. Cogitatione cogitare, nihil aliud est, quam intelligentem secum loqui, secum aliqui mente moliri; & intus legere corde. Quapropter in Sacra pagina usurpatur usquequaque Dicere pro Cogitare. Iob. 29. 18. Dicebam: In nidulo meo moriar. Ezech. 20. 8. Dixi, ut essanderem indignationem meam. Thren. 3. 54. Dixi, Perij. Psalm. 52. 2. Dixit in sepiens in corde suo: Non est Deus. Idem, 35. 2-72. 11-93. 7. Luc. 18. 4. Rom. 1. 22. & Iacob. 1. 13. Frequenterque signatur cogitatio, seu dictio cordis metonymicè; quia cor cogitationem officina, sumpto principio pro actione. Cor scrutatus cogitationum, ut ait Plaut. in Mostel. Act. 3. scen. 1. v. 156. Homer. 18. Iliad. v. 4. Ea cogitantem animo & corde. Idem, 17. Odyss. v. 66. Genes. 28. 41. Dixit in corde suo. Ecclie. 1. 16. Locutus sum in corde meo. Iai. 14. 13. Dicebas in corde tuo. Huiusmodi lingua cogitanti secum, iuxta Bonavent. 2. p. Theolog. Mystic. cap. 3. Nervosè Gloriosus Benedictus, Regul. Sancti. cap. 5. Non solum ore, verum in corde si murmuraverit. Conceditur ergo coram prolato verbi, quæ omnino pendet à cogitatione: igitur si os cordis secreta revelat, dum aperitur; ex abundantia cordis os quasi è gurgite loquitur.

27. Hoc est Cogitare cogitatione: ut exploremus quid sit Cogitationem cogitare; cogitationum acceptiones exponendæ. Cogitare interdum significat Sperare. Psalm. 5. 11. Decidant à cogitationibus suis. 75. 11. Cogitatio hominis conspicietur tibi, & reliqua cogitationis, & c. 138. 20. Dicitis in cogitatione, Accipient in vanitate civitates. 1. Reg. 18. 25. Saul cogitabat trahere David in manus Philistinorum. Iudith, 13. 7. Hoc quod credens per te posse fieri, cogitavi. Iob. 17. 11. Cogitationes mea dissipatae sunt. Rom. 11. 21. Evanuerunt in cogitationibus suis. Etiam apud Profanos. Florus lib. 1. cap. 26. Manlius cogitabat imperium. Petronius, d. fol. 56. & 57. Hæc sunt vota magnarum cogitationum. Ite opes, & magnis cogitationibus pectora implete. Propert. 1. Eleg. 1. v. 17. In me tardus amor non ullas cogitat artes. Etiam Cogitare pro Disputare. Iai. 29. 16. Perversa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet. Idem Iob. 35. 2. Nabum, 1. 9. & Ierem. 4. 4. & 14. Petron. ibid. fol. 70. Quid cogites scio. Quintilian. quò supra n. 24. Cur cogitas? Quid allatas? Usurpatur etiam pro propalare à mente cogitata. Injustitiam cogitavit lingua tua. Psalm. 51. 4. Cogitaverunt & locuti sunt nequitiam. Psalm. 72. 8. Cogitaverunt, ut & Lazarum interficerent. Ioann. 12. 10. Idem, 1. Machab. 2. 41. Apuleius, 1. Apolog. inthe: Impensius cetero corpore os colentiam, quòd esset animi vestibulum & cogitationum comitium. Aliàs, ut hic observat Scipio Gentilis, & Taubmann. in loc. cit. Plauti, ineptum erat dicere, cogitationes in ore concipi. Pro acceptione Propert. 2. Eleg. 26. v. 29. Mare per longam cogitet ire.

28. Aliquando quoque sumitur pro Considerare, perpendere, ita ut excogitentur etiam atque disculantur cogitata. Cogitatio est animi motus, & intelligentia rationis impulsus. Vernaculè: Hæc quantas confiso. Apud Plaut. in Bacchid. Act. 3. scen. 2. v. 1. Multis modis meditata: egomet mecum sum. Sapient. 8. 17. Hæc cogitans apud me.

Euripidi

Plinij

Expositio 7a

Expositio 8.

Dicere pro cogitare.

Motominia.

Principium pro actione.

S. Bengidic

Cogitare pro Sperare.

Pro Disputare.

Psalm. 51. 4.

Agul. Pro loqui cogitata.

Pro confidè rare.

me, & commemorans in corde meo. Ita etiam Eccli. 37. 9. Convinantur per apodofim, & conferuntur obiecta (in scholis, Species) ut animus scilicet providentia, inopique consilij, moveatur in deliberationem ac electionem, meditato commoda & incommoda in memoriam revocando: ad quod quidem & felicem exitum sensus interni cuncta aspiciunt, conspiciunt, circumspiciunt; introspiciunt; quippe opus prudentis precipuum munus rationis, Sicine Job, 22. 12. dicitur: An non cogitas, quid Deus excelsior caelo sit? Ioann. 11. 50. Vos nescitis quicquam, nec cogitatis. 2. Cor. 107. Cogitet iterum apud se. Peripiciunt 1. Reg. 25. 17. Considera & recogita quid facias. Tacit. 1. Hislor. cap. 16. Cogitare, quid aut volueris sub alio Principe, aut nolueris. Plaut. in Milit. Act. 3. scen. 3. v. 68. Meditemur cogitate: prius Homer. 1. Odyss. v. 288. Postquam finieris & perfeceris, considera deinde in mente & in animo: & 5. v. 33. Consultasti mente tu ipsa.

Pro cogitata exequi.

29 Deinde usurpari quandoque solet pro cogitata exequi, mentis proposito, maxime si cogitationi accedit sollicitudo. Psalm. 139. 5. 9. Cogitaverunt supplantare: cogitaverunt contra me. Ipsi. 19. 12. Quid cogitaverit Dominus super gyptum. Similit. Sapien. 4. 17. Ierem. 18. 8. Thren. 2. 8. Plaut. in Pseudol. Act. 1. scen. 5. v. 137. Statuisti machinas. Sophoc. in Philoc. à v. 556. Tui causa consilia sunt; & non sunt consilia, sed opera facta. Virgil. 1. Georg. v. 462. Quid cogitet humidus Auster: & Statius, 3. Thebaid. v. 551.

Stat.

Ubi Lutatius: Agar. In cogitatione pariter insinuat sollicitudo. Matth. 10. 19. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Marc. 8. 17. Quid cogitatis, quia panes non habetis? Tacit. de Orator. cap. 2. Sui oblitus, tantum Catonem cogitasset. Denique mentis propositum interdum in cogitatione signatur: Vernacule: Modo de vivit: quod quidem in Biblijs indicatur nomine Via. Expresse apud Ierem. 4. 18. Via tuae & cogitationes tuae fecerunt haec tibi. Sapien. 2. 14. Fallus est nobis in translatione cogitationum nostrarum. Idem Psalm. 55. 6. in eodem sensu Plotarch. in Alexandr. insit: Etiam vulnere cogitatione non deseruit. Petron. d. fol. 69. Consuetudinem meam cogitabam. His ergo prelibatis, sine obsecratione. Eleonafmi facilius delicabuntur.

Synedoch. Abio profi- me actionis.

30 Sape à nobis expressus Scripturae usus, quo actio synecdochice promitur pro proposito actionis, obiecto, subiecto, sive materia, in praesentiarum similitur sive cogitatio sumatur in bonum sive in malum. Unde Cogitare cogitationes est aliquid intorsum meditatione moliri. Patet ex Hebr. Psalm. 139. 3. Cogitaverunt iniquitates in corde: legit itaque: Cogitaverunt cogitationes in corde: hoc est, cor eorum cogitavit mala. Vulgatus servat Hebraismum pluribus in locis. Cogitemus contra Ieremiam cogitationes: idest, aliquid quo summe dicit mortificetur, seu moriatur. Narratur cap. 26. à 8. ibidemque cap. 11. 19. ab improbis dicitur: Mittamus lignum in patrem eius, & eradamus eum de terra viventium. Tunc geminatio indicat extremum malum in extremum. Ibidem. v. 11. Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem. Idem stylus contra Idumaeam: Cogitationes eius quas cogitavit de habitatoribus Theman. Adversus Babyloniem: Cogitationes eius, quas cogitavit super terram Chaldeorum. Quo patet geminationem nil aliud insinuare, nisi cogitatione meditata obiectum, atque animi inflexibile propositum, opus cogitatum, ac in operis deliberationem consilium. Exod. 31. 4. Implevi eum spiritu Dei ad excogitandum. Hebr. Ad excogitare excogitationes. Maluend. Ad imaginandas imaginationes. Idest, ideas modos, modulos, & artificia; ut graphice ac pollice pericerentur Tabernaculi opera: quod Act. 17. 29. dicitur Sculpturae artis & cogitationis hominis. Hebraismus communis est, ut Vidi visionem, idest, imaginem: Sacrificare sacrificium, nempè victimam: Plantare plantationes: scilicet arbores: Timere timorem, puta minas: de quibus egimus in Prolog. Galeat. 4. n. 10. Constat ex alijs Scripturae testimonijs. Psalm. 9. 2. divil. Comprehenduntur in consilij, quibus cogitant: ubi obiectum expresse signatur. Similitur Psalm. 20. 12. Cogitaverunt consilia, quae non poterunt stabilire. Helicimus etiam est. Sophoc. in Antigone. v. 160. Novis in successibus consilium cogitans, agitant. Lucian. in Mercur. dialog. quoque: Secum deliberationem cogitabant Numina. Inter Latinos, usus Iechemate Apuleius Metamorph. 9. dicens: Cogitabam, sed prevenit cogitatum meum emptor. Quod itaque lib. 11. tautologicè adducit: Cogitationes (pro proposita) exercitibus cogi-

Ier. 18. 18.

V. 11. Cap. 49. 20 & 50. 45.

Exod. 31. 4

Act. 17. 29

cogitabam. Quin etiam Schild. in Neron. Sueton. cap. 15. insit ex Turnebo: Elatus ad cognoscendas vice Caesaris cognitiones: hoc est, lites, vel causas. Opus enim exponitur per actionem ad opus: unde actio sumitur per actionis sine, ut dixi etiam hic Taut. 2. n. 38. 3. n. 2. 1. 4. n. 28. & 5. n. 23. Huc adduci possunt praefata testimonia acceptionis cogitationis, pro cogitata loqui & exequi, ex num. 27. & 29.

31 Quam apta explicatio elucet in diversis terminis, sed eodem sensu. 2. Reg. 15. 34. Dissipa consilium. Ipsi. 29. 15. Abscondatis consilium: scilicet animi propositum: quod pleonasticè aliquando. Leonard. Mar. Prolog. in Penateuch. q. 1. lect. 3. n. 22. & Eugubini. lib. 3. de Pereun. Philosoph. ex Oracul. Delphic. Consilia consiliet. Usquequaque stylus apud Homer. 10. Iliad. v. 127. Consilia consultare. Idem 23. v. 78. 24. v. 652. & 4. Odyss. v. 462. Deorum consulas consilia. Plaut. Trucul. Act. 1. scen. 2. v. 7. Consulta sunt consilia. Liqueat ergo finem seu cogitationis obiectum per actionem cogitationis exponi. Quapropter idem est, Cogitemus contra Ieremiam cogitationes, ac de quo ille queritur, cap. 11. 19. Cogitaverunt super me consilia: nimirum, mortem dicitur, verbis proferentes insitam malevolentiam. Cogitabis cogitationem pessimam. Huiusmodi Idiotismus (Linguae Orientali frequenter dialectus) alijque affines, percipiuntur facile per adiectum, sive argumenti materiam, cui iungitur cogitatio. Cogitationes sine intellectui: Sapien. 1. 5. Idest, nugae, ineptias, & stultitias. Ipsi. 1. 16. Auferre malum cogitationum vestrarum: videlicet, malas cogitationes. Ita Deuter. 15. 9. Cave, ne forte surrepat tibi impia cogitatio, &c. Noltraes: Mal pensamiento. Eccli. 22. 19. Cor confirmatum in cogitatione consilij: hoc est, consilio pridem questito. Ierem. 4. 4. Propter malitias cogitationum vestrarum. Sic alia, Sophon. 3. 7. Ephes. 2. 3. & Iacob. 2. 4. Idem sensus in methodo Ethnicorum. Petron. quo dandum fol. 35. Cogita balneum: idest, lavare. Ibid. fol. 25. Cedem & sanguinem cogito. Cicero. 14. ad Attic. Epist. 15. Si amabiliter in me cogitare vis: puta, si amaveris. Ita argumenta cogitationis deliantur per cogitationem argumenti: propterea cum dicitur: Cogitemus contra Ieremiam cogitationes, indicat studium ardens avidumque vindictae. Non est enim simplex cogitatio, sed conspiratio. Haye hic in Bibl. Maxim. Syr. Firmiter consilium statuas. Chald. Testificemur contra eum falsa testimonia. Hinc constat quid sit cogitare cogitatione, & cogitationem cogitare: primum reducitur ad cogitationis modum: secundum ad cogitationis argumentum: ita ut hoc sit, alta cogitare; & illud altè.

Ezech. 38. 10.

Ubi sup.

Quid cogitatio non cogitare & cogitare cogitationem

32 Altè & alta Deus in populum calcitronem cogitabat, dum illis per Prophetam dicebat: Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos: cogitationes pacis & non perditionis: & reliqua testimonia num. 30. At quid hoc, si Deus non cogitat? Cogitationis nomen Dei verbo proprie non convenit (ait D. Thom. 1. p. 9. 34. art. 1. ad 2.) dicit enim Augustin. 15. de Trinitate. cap. 16. Ita dicitur illud verbum Dei, ut cogitatio non dicatur; ne aliquid esse quasi volabile credatur in Deo, quod non accipiat formam, ut verbum sit, eamque dimittere possit, atque informiter quodammodo voluntari. Cogitatio enim proprie in inquisitione veritatis consistit, quae in Deo locum non habet. Cum ergo intellectus iam ad formam veritatis pertingit, non cogitat, sed perfecte veritatem contemplantur. Ambrosius de Noe & Arca, cap. 4. insit: Neque enim Deus cogitat, sicut homines; ut aliqua ei nova succedat sententia. Allipularum Damascen. 3. de Fid. orthodoe. cap. 14. Gnomem & electionem in Domino dicere impossibile est, si proprie loqui volumus: nam Gnome est post inquisitionem, quae est de re ignota, & deliberationem, idest, consilium, & indicium, ad id quod indicatum fuerit affectus; quem sequitur electio, sic dicta, quod aliud pra alio eligat. Ne confundaris Gnome est electio de lententia cogitata, quae quidem ab Aristotele 2. Ethic. Signatur inter species prudentiae. Vid. Iacob. Fabr. & Iodocus Clithoveum, Commentar. in Damascen. Non ergo proprie in Deo cogitatio, contilium & electio, praeterea notantur in investigationem & deliberationem: igitur cum sint de futuro vel praeterito; contra Deo sunt praesentia. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Hebr. 4. 13. Unde hic Chald. Manifesta sunt coram me cogitationes, quas ego cogito. Dum huiusmodi affectiones tribuantur Deo, significantur non affectus, sed effectus: velur cum dicitur, Nescio vos. Math. 25. 12. Qui habitat in caelis iridebit eos, &c. Psalm. 2. 3. idest, ostendit irratione dignos. Sicine actiones cogitandi, deliberandi, eligendi, reminiscendi, & alia, improprie de Deo dicuntur; ut de poenitentia, misericordia, & gaudio suis locis adstruimus.

Ier. 19. 11.

D. Thom.

Ambros.

Damascen

Cur in Deo non sit cogitatio?

Anthropopathos, Characteristicum & Semiotipia

33 His igitur elucet, quid & quomodo intelligendum in Deo *Cogitare cogitationes*. Per Anthropopathos, seu Characteristicum, Somatopœiæve accommodatæ ad hominum sensus, ut hominibus voluntatem suam declaret; huiusmodi affectus de Nomine obijciuntur; quasi in præsentî articulo in propositum haud facilis esset deliberatio, seu cogitationis medietate resolutio. Quare cum homo in re gravi cogitet sæpe & recogitet, plerumque conferens etiam recogitata (quod est cogitare cogitationes) terra consideratur & proponitur Deus, quum in re gravissima (scilicet expulsiõe populi è terra felici, quam gratis dedit) propter iterationem adorationis idolorum, cogitaret exilium. *Nescio quid taciti cogitationibus Deus agit*: dixit vel Ethnicus in *Satyric*. cit. pag. 72.

Petron.

Cogitare sicine cogitationes, est meditari sine arbitro, adinstar hominis, qui in cogitatione plura glomerat, ut ex volubilitate mentis utiliora, potiora legat, & eligat. Non ita Deus proprie, sed præ se fertur ita ex humanæ affectionis similitudine. At cogitatio consideranda proposito cogitationis, cui iungitur, ut supra diximus, *num. 31*. Sumitur in bonum, & in malum de quo fusè egimus suo loco, *Tom. 4. T. 12*. Malum indicatur per *De*, *Adversum*, vel *Contra*. *Ierem. 18. 11-39. 20. & 50. 30. Ecce ego fringo contra vos malum & cogito contra vos cogitationem*. Bonum per *Super*. *Ibid. 29. 11. Scio cogitationes, quas ego cogito super vos, cogitationes pacis & non perditionis*. Cognoscitur itaque cogitationum propositum, dum Deus sese exhibet quasi esset homo, nesciens quid in discrimine faceret, & exitus illum fugeret. Solicitabat Hebræorum corda, non supplicia. Corda, ut viverent iuxta legem & exularet propter flagitia cruciamen, Necesse erat naturæ condolere, & legibus iustagari. Datum supplicium & molestum, ut odio averfarentur crimen: unde pietas divina dixit, *Isai. 1. 5. Super quo percurram vos ultra, addentes prævaricationem*: An tradere servis servos? Hoc eleventer perdifficile opus: quod namque ut excusaret, dixit Prophetæ mîraci, *13. 8-26. 3. & 36. 3. Scribe verba, que locutus sum tibi adversus Israël & Iudam si forte audiente domo Iuda universa mala qua ego cogito facere eis, revertatur unusquisque à via sua pessima; & propitius ero*. Haud valuit indulgentiæ amplitudo, neque ad reconciliatiõe invitatio. Haud valuit pater, & cogitat uti iudex: igitur cum extremis flagijs supplicium extremum esset necessarium; cogitatio cogitantis fuit extensa in exterminium: igitur pœnâ & gravi illatâ, qua evanescebant cuncta eius desiderabilia; per cogitatum scirent exilium, quàm acre & amarum dereliquisse Dominum.

Deus vel in supplicio mi sericors.

34 At vel iratus, gustate & videte quàm suavis est Dominus. Non enim cogitationes eius, ut hominum concipit animus. *Isai. 55. 8. Cogitat cogitationes, non perditionis, sed pacis*. Cogitatio eius semper in bonum, ut ad illum homines revocentur etiam per supplicij malum: ut respiciant, virisque cognoscant: igitur pius infert transgressibus supplicium; sed dumtaxat in vulnera cognita vel incognita remedium. *Cogitationem salubrem non permissam: dare vobis tandem spem*. Syr. Videns Deus exilium necessarium ex animo protervo atque proiecto in cultu simulacrorum: id illis cogitando pœnam decrevit, sed super illos cogitationem cogitavit in futuram pacem & animum perpetuam conciliationem: quandoquidem per exilium haud expulsi ut expelleret; sed ut atraheret, ut fieret excellentia medicaminis lethale venenum criminis. ita Summe Deus vel in pravos cogitationes cogitas. *Cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi*. *Psal. 39. 6. Aliâ phrasi utitur Homerus 20. Iliad. v. 254. Cogitabat mente & animo*. Mente, cognoscendo in eorum commodum, necessarium esse damnum. Animo, propensione, ut removeretur improbitas & inferretur felicitas.

Infert supplicium in vincinum pharmacum

Omnia præcepti, atque animo mecum ante peregi.
Hinc Parca & Dirx in throno Iovis, de quarum munere latè Natal. Comes. 3. *Mytholog. cap. 6. & Virgil. d. lib. 12. v. 849.*
Hac Iovis ad solum, sævique in limine Regis
Apparet, acunisque metum mortaliibus egriis,
Si quando lethum horrificum, morbosque Deum Rex
Molitur, meritas aut bello territas urbes.

Vir. 6. Æu. v. 105. Parca in solo Iovis.

Idem.

Ita ergo sistant, sed comitate Gratijs, ut observat Chartar. in eorum *Imagin. à fol. 355. & Natal. cit. lib. 4. cap. 15. Hoc solum veti, supremi Numinis: etenim si à Parcis tormenta, & à Gratijs beneficia; sunt specimen gratiarum, quarumque à throni Dei exeunt in specie tormentorum. Cogitat cogitationes, an pœnâ vel indulgentia comprimant iniquitates: siquidem ni amore respiciant humana pœctora, ut grassentur supplicia, iacta est alic.*

Eriam Gratijs.

Ita ergo sistant, sed comitate Gratijs, ut observat Chartar. in eorum *Imagin. à fol. 355. & Natal. cit. lib. 4. cap. 15. Hoc solum veti, supremi Numinis: etenim si à Parcis tormenta, & à Gratijs beneficia; sunt specimen gratiarum, quarumque à throni Dei exeunt in specie tormentorum. Cogitat cogitationes, an pœnâ vel indulgentia comprimant iniquitates: siquidem ni amore respiciant humana pœctora, ut grassentur supplicia, iacta est alic.*

Ex-

Varietas lectiois.

35 Expositionibus prædictis conciliatur varietas lectionum. *Defecerunt scrutantes scrutatio*. Hebr. *Compleverunt inquisitionem inquisitionem*. Septuagint. *Scrutati sunt diligenter*. Augustin. *Scrutantes scrutationes*. Genebrard. *Altè, profundè, callidè*. Nebiens. *Compleverunt scrutari scrutationes*. Felix Præsent. *Scrutabuntur occasiones*. Caictan. *Obliquitates*. Tigurin. *Vestigant malitias per vestigantem vestigationem*. Aquil. *Fosione fodentes iniquitatem*. Apolinarias: *Intermina perquirentes*. Chald. *Quarunt scrutationem occultam*. Mour. *Prava consilia: toti sunt in inveniendo*. Syr. *Seclesti meditari in perscrutanda veritate*. Haye: *Perfecerunt que scrutati sunt*. Maluenda. *Nudabunt iniustitias: consummaverunt nudationem nudasam: excogitaverunt varios nocendi modos, absolverunt consilia sua & in animum summam prudentiâ predicto*. Alij apud illum: *Perficiant scrutinium scrutatum, inquisitionem inquisitam, consummationem nudatam, scrutationem perquisitam, scrutati malitias aslute, denudabunt iniustitias, callidissime perscrutati quisque in sinu & pectore suo: Celant, quod scrutatio scrutati sunt*. Modò mores intruendi per divina mandata, ne quid offendant qui scrutatur corda.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. peris.

1. *Defecerunt scrutantes scrutatio*. In iterata voce fatiscit moles invidiæ. Scrutinium est curiositas: Scrutari, eius malignitas. Caret sanè vita crimine, ubi opus scrutatione: lividiq; deficiunt, non invento ullo peccato; quod curiose atque malignè scrutantur scrutatio.
2. *Defecerunt scrutantes scrutatio*. Qui scrutator maiestatis, opprimitur à gloria. Non intelliguntur mysteria divina hominis intelligentiâ. Ita in studio deficiit: & scrutatione deficiit; quoniam ubi videntur intelligentiæ contraria, explorantur sublimiora.
3. *Defecerunt scrutantes scrutatio*. Quod inimicis accidit erga peccatum; amicis Christi erga eius amoris ingenium, quo inventa admirabilis dilectio. Unde deficiunt, scrutantes scrutatio; quoniam minime valent eminentem cognoscere charitatem, cuius excellentia ultra humanam progreditur cognitionem.
4. *Defecerunt scrutantes scrutatio*. Quid sit Eucharistiæ sacramentum, querit audax ingenium curiosum; cum non videatur ingenio curiositatis, sed clau-

sis oculis: deficientque scrutantes scrutatio, qui intelligere conantur quid & quomodo; quoniam non intelligitur scrutatione ingenij, sed ingeniosiore fide.

5. *Defecerunt scrutantes scrutatio*. Persecutio indicatur ex dignitate insolentis; & etiam legibus adversus leges, insolentia fautores, quos pellicit in præcipitium utilitas; ut sine causa embolij conincant causas. Scrutantes deficiunt, sed propositum descendunt: igitur ira muneris scrutantes obsecrants ut in illo, scrutatio permaneat, quamvis deficiant.
6. *Defecerunt scrutantes scrutatio*. Quodnam scrutatio scrutantium? *Scrutantes scrutatio!* Dicit signanter Propheta de malignantium conventu: de multitudine operantium iniquitatem, qui quarunt iuxta mores Superiorem; indulgentem corripelz, faventem relaxationi; & scrutatio scrutantes, quis exhibit ex suffragij electionis; si perfectum, incorruptum in dignitate præsententur, in ipsa curiosa scrutatione deficiunt.

DIDASCALIA PRIMA.

Summa livoris malignitas, curiositas & crudelitas.

ANIMUM non alliciunt, quæ despiciuntur: concupiscuntur in ægria; & licet infelicia; spectabilia, formosa. Unde Sophocles, in *Trachin. v. 25. accinit: Pulchritudo dolorem invenit*. Euripid. in *Helen. v. 25. Formosum sæpe*
Tom. VII. T. aut.

mortalibus infelix. Quicquid in famam Fortuna peperit gratiâ, vel rapuerunt merita; propter infortunum decorum præcorrupti invidia, collocans ad aerea mala Hesperidum in horto Atlantis, virus peritificax argulenti draconis.

III 2

Quis